UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De forma consecrationis Corporis & sanguinis, & sacramenti efficacia cap. 26. 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

ſentia morali. Hæc tamen duplex materia vnicum tantum conſtituit Sacramentum, ſicut vnus in eo Chriſtus continetur, vnaque refectio ſpiritualis, & vnius Eccleſiæ vnitas præfiguratur.

De forma Conſecrationis corporis, & ſanguinis, & Sacramẽti efficacia. C. 26.27.

FOrma ſimiliter duplex, panis, & vini: panis eſt: Hoc eſt corpus meum, peccaret tamen qui prętermitteret particulã (enim. Sanguinis: Hic eſt calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Quæ verba etſi ſint omnia de neceſſitate præcepti, non tamen de neceſſitate Sacramenti. Huius Sacramenti efficacia non in applicatione mate-

riæ conſiſtit, vt in aliis ſacramentis, ſed in materiæ conſecratione, quæ fit virtute verborum: verbis enim illis prolatis: Hoc eſt corpus meum, nulla panis remanet ſubſtantia, ſed accidentia ſola, quantitas ſcilicet cum colore, ſapore, & odore, & primis qualitatibus, quæ dicuntur ſpecies panis, ſub quibus eſt verum Chriſti corpus præſens, vt fides docet, ſimul cum anima & diuinitate.

De Miniſtro, & ſuſcipiente. Cap. 28.

DVo ſunt huius ſacramenti miniſtri, ſacerdos quilibet reſpectu conſecrationis, & ſacerdos cui id ex officio incũbit, vel commiſſione, reſpectu collationis. ſuſcipiẽtes ſunt pariter duo vnus ſuſcipiens & conſecrans, vt ſacerdos celebrans, alter ſuſcipiens tantum, vt ſacerdos cum ſacrum